



Del zu Pms Za 6535 d 40

aber teils. andere Drucker

BEATIS MANIBVS
PERILLVSTRIS ET EXCELLEN-
TISSIMI

VIRI,
DN. CAROLI
DE DIESCAV,

AVGVSTISSIMI
BORVSSORVM REGIS
INTIMI ET PERILLVSTRIS REGI-
MINIS DVCATVS MAGDEBVRGICI
CONSILIARII
TOPARCHÆ IN DIESCAV, LOHAV,
ET BRVCKDORFF,

TESTANDE
PIETATIS AC LVCTVS OBSERVANTIÆQVE
CAVSA

DEPVTTABAT
L. CHRISTIAN FRIDERICH BEERBALCK,
REGIM. MAGD. ADV. ORDIN.

MAGDEBVRGI,
LITERIS CHRISTOPH. SALFELDII, REGIM. BORVSS, TYPOGR. VIDVÆ.





Nestoris exequias agimus, prae grande
cadaver
Urna capit! Patrius, quod gemat,
orbis habet.

*Ipsos causa Deos tangit. Nam vindice tanto
Terrarum Regimen regio honore stetit.
Flere meae solus nolo dispendia sortis;
Te quoque ad exequias, Parthenopyrga, voco.
Ipsa rogam tangit, dispersa Astraea capillos
Tristi habitu, totas & lacerata genas:
Praestantes animae, fantur, devota Borussia
Regi corda, recens causa doloris adest.
MAGNVS de DIESCAV, decus indelebile
terris*

*Hisce fugit moriens, queis bona multa tulit;
Quam sua sunt patriae mala finibus, asperacives
Damna ferunt, Virgo vertice sepe tremit!
Exuviis ego fassa Deum sum semper in illis,
Quem sibi cognovi vix habuisse parem.*

Hic Equitum flos semper erat, tutela Themistos
Omnibus ingenua dexteritate placens.
Cum subit excellens hæc Mæcenatis imago,
Pro Rostris quoties publica verba dabat?
Quantus erat fervor cupido, testare, Tribunal,
Cum Regis placitum panderet ille sui:
Cum justum assereret, cætu mirante clientum,
Abstrusas juris discuteretque vias!
Hos cineres hæc urna capit! Prudentia busto hoc
Immoritur, posthac vix habitura parem.
Quæ terris Superi portendunt fata feroces,
Quæque facit cælo nos nova culpa reos?
Italiam, scribant, multum celebraffe Camillum
Atque Metellorum laude tulisse decus:
Parthenope hos CAROLO de DIESCAV
misit in uno,
Ejus & in busto funera tanta dolet.
Sit lugens tibi, Phæbe, Chelid, fidibusque re-
missis
Dulce melos vati plectra sonora negent.
Plangite, Vos Patriæ Procures, pia concio luge
His subjectorum, fracta columna jacet.
Sacri Judicii, quod firmat jura Ducatus
Director moritur. Quid? Patris alget amor!
Dixerat. Attonitæ tantum stupuere Catervæ
Funus, luctifonis & gemuere modis.

Hoc Equitum prælustre Jubar, quo fidere cuncti
Crevissent, terris his cecidisse dolent.
In cumulum dolor unus agit Phœbumque,
Deasque,
Rectorem Patres flentque dolentque suum.
Accurrunt cives, coit in præcordia late
Sacra cohors, laudes non tacitura Viri.
Tristia Pimplæos exsiccant carmina fontes,
Ornant herois splendida vota Domum.
Et mea me cogit pietas deflere Patronum,
Et tanti exuviis dicere pauca Viri.
Eloquar? Haud similem CAROLO genere
priorum
Secula, vix posthac sunt genitura parem.




78 M 407

ULB Halle 3
004 387 996




50





in Treffer/
der Götter
ten war/



BEATIS MANIBVS
PERILLVSTRIS ET EXCELLEN-
TISSIMI

VIRI,
DN. CAROLI
DE DIESCAV,

AVGVSTISSIMI
BORVSSORVM REGIS
INTIMI ET PERILLVSTRIS REGI-
MINIS DVCATVS MAGDEBVRGICI
CONSILIARII
TOPARCHÆ IN DIESCAV, LOHAV,
ET BRVCKDORFF,

TESTANDE
PIETATIS AC LVCTVS OBSERVANTIAEQVE
CAVSA
DEPV TABAT
L. CHRISTIAN FRIDERICH BEERBALCK,
REGIM. MAGD. ADV. ORDIN.

MAGDEBVRGI,
LITERIS CHRISTOPH. SALFELDII, REGIM. BORVSS. TYPOGR. VIDVÆ.